



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE
BOLLETTINO

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHL
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ دار الصحافة التابعة للكرسي الرسولي

N. 0564

Venerdì 05.10.2012

Sommario:

- ◆ **DECRETO DELLA PENITENZIERIA APOSTOLICA CON IL QUALE SI CONCEDONO INDULGENZE, IN OCCASIONE DELL'ANNO DELLA FEDE**
- ◆ **BOLLETTINO DEL SINODO DEI VESCOVI - XIII ASSEMBLEA GENERALE ORDINARIA (7 - 28 OTTOBRE 2012)**
- ◆ **AVVISO DI CONFERENZA STAMPA**
- ◆ **AVVISO DI BRIEFING**

◆ **DECRETO DELLA PENITENZIERIA APOSTOLICA CON IL QUALE SI CONCEDONO INDULGENZE, IN OCCASIONE DELL'ANNO DELLA FEDE**

DECRETO DELLA PENITENZIERIA APOSTOLICA CON IL QUALE SI CONCEDONO INDULGENZE, IN OCCASIONE DELL'ANNO DELLA FEDE

- TESTO IN LINGUA LATINA
- TRADUZIONE IN LINGUA ITALIANA
- TESTO IN LINGUA LATINA

URBIS ET ORBIS D E C R E T U M *Dono Sacrarum Indulgentiarum ditantur peculiaria spiritalia incepta per Fidei Annum peragenda*

Die quinquagesimo anniversario, ex quo sollemniter apertum est Sacrosanctum Oecumenicum Concilium Vaticanum II, cui beatus Ioannes XXIII "munus praecipuum concedit aptius tuendi explicandique catholicae doctrinae pretiosum depositum, ut idem magis perspicuum fieret christifidelibus et universae bonae voluntatis hominibus" (Ioannes Paulus II, Const. Apost. *Fidei Depositum*, 11 Oct. 1992: AAS 86 [1994] 113), Summus Pontifex Benedictus XVI inchoari censuit Annum, verae Fidei profitendae peculiari ratione sacrum eiusdemque

recte interpretandae, lectione, immo pia meditatione *Actorum Concilii Vaticani II* necnon articulorum *Catechismi Catholicae Ecclesiae*, a beato Ioanne Paulo II triginta exactis annis ab initio Concilio editi, "quo melius christifideles universi ei assentirentur eiusque agnitio et accommodatio divulgarentur" (*ibid.*, 114).

Iam Dominico anno 1967, vertente undevicesimo saeculo martyrii Apostolorum Petri et Pauli, similem Fidei indixit Annum servus Dei Paulus Papa VI, ut in sollemni professione Fidei "significaretur quantopere essentialia principia, quae ex saeculis omnium credentium constituunt patrimonium, confirmatione, intellectione et pervestigatione, ratione usque renovata, indigeant, ad congruam testificationem reddendam in historicis condicionibus, quae aliae sunt ac superiorum temporum" (Benedictus XVI, Litt. Apost. *Porta Fidei*, n. 4).

Hac autem nostra aetate profundissimarum mutationum, quibus humanum genus subicitur, Beatissimus Pater Benedictus XVI, per alterum Fidei Annum, populum Dei, cuius est universalis Pastor, ita fratres Episcopus totius orbis invitare intendit ut "cum Successore Petri coniungantur, tempore spiritalis gratiae quam nobis tribuit Dominus ad pretiosum Fidei donum memorandum" (*ibid.*, n. 8).

Universis ita christifidelibus "facultas dabitur Fidem profitendi in Dominum surrectum ... in Ecclesiis Cathedralibus et in templis totius mundi; ... in domibus et apud ... familias, ut unusquisque vehementius compellatur ad illam perpetuam Fidem melius cognoscendam et futuris generationibus tradendam. Religiosae communitates sicut illae paroeciales, omniaque ecclesialia instituta, vetera et nova, modum invenient hoc Anno symbolum *Credo* publice profitendi" (*ibid.*).

Universi christifideles, singulariter vel communiter, insuper vocabuntur ut apertum fidei testimonium coram aliis in peculiaribus quotidianae vitae adiunctis, palam reddant: "Ipsa autem socialis hominis natura exigit, ut homo internos religionis actus externe exprimat, cum aliis in re religiosa communicet, suam religionem modo communitario profiteatur" (Decl. *Dignitatis humanae*, 7 Dec. 1965: AAS 58 [1966], 932).

Cum nimirum de sanctitate vitae, quantum in terris licet, ad summum provehenda ideoque de animarum puritate quam maxime procuranda agatur, utilissimum erit magnum Indulgentiarum donum, quod Ecclesia, vi potestatis sibi a Christo tributae, reserat eis universis, qui debitis dispositionibus specialia implent praescripta ad illas lucrandas. Quocirca edocebat Summus Pontifex Paulus VI: "In Indulgentia autem Ecclesia, sua postestate utens ministrae Redemptionis Christi Domini, fidelibus participationem communicat huius plenitudinis Christi in Communionem Sanctorum, instrumenta salutis ipsis amplissime suppeditando" (Litt. Apost. *Apostolorum Limina*, 23 Maii 1974: AAS 66 [1974] 289). Hoc modo patefit "thesaurus Ecclesiae", ad cuius "quidem [...] cumulum Beatae Dei Genetricis omniumque electorum a primo iusto usque ad ultimum merita adminiculum praestare noscuntur" (Clemens VI, Bulla Iulianae *Unigenitus Dei Filius*, 27 Ian. 1343).

Apostolica Paenitentaria, cuius est ea quae ad concessionem et usum Indulgentiarum spectant rite ordinare, fideliumque animos ad earum obtinendarum pium desiderium recte concipiendum et fovendum excitare, Pontificio Consilio de Nova Evangelizatione Promovenda enixe rogante, attente perspectis Congregationis pro Doctrina Fidei *Adnotationibus de Anno Fidei cum pastoralibus indicationibus*, ad Indulgentiarum donum per Fidei Annum acquirendum, sequentes statuit dispositiones iuxta ipsius Augusti Pontificis mentem editas, quo christifideles impensius ad cognitionem et amorem Doctrinae Ecclesiae Catholicae incitentur et inde uberiores usque spiritales fructus hauriant.

Totum per Fidei Annum, a die 11 Octobris 2012 usque ad integram diem 24 Novembris 2013 indictum, *plenariam* temporalis poenae, pro peccatis luendae, misericorditer in Domino consequi valebunt *Indulgentiam*, quam etiam animabus fidelium defunctorum per modum suffragii applicare possunt, omnes et singuli christifideles vere paenitentes, rite confessi, eucharistica Communionem refecti et ad mentem Summi Pontificis orantes:

a.- quotiescumque tribus saltem sacrarum Missionum contionibus aut tribus institutionibus de *Actis Concilii Vaticani II* et Articulis *Catechismi Catholicae Ecclesiae* in qualibet ecclesia aut loco apto habendis interfuerint;

b.- quotiescumque quamlibet Papalem Basilicam, christianorum catacumbas, Cathedralem Ecclesiam, Sacrum

Locum pro Anno Fidei ab Ordinario loci designatum (ex. gr. inter Basilicas Minores et Sanctuaria Beatae Mariae Virgini, Sanctis Apostolis et Sanctis Patronis dicata) in forma peregrinationis inviserint et ibi alicui sacrae functioni pie interfuerint vel saltem per congruum temporis spatium piis vacaverint considerationibus, concludendis Oratione Dominica, Fidei Professione, qualibet legitima formula adhibita, atque invocationibus Beatae Mariae Virginis et Sanctorum Apostolorum vel Patronorum;

c.- quotiescumque, diebus ab Ordinario loci pro Anno Fidei determinatis (ex. gr. in sollemnitatibus Domini, Beatae Mariae Virginis, in festis Sanctorum Apostolorum et Sanctorum Patronorum, in Cathedra Sancti Petri), in quolibet loco sacro sollemni pie interfuerint eucharisticae celebrationi vel liturgiae horarum, addita Fidei Professione, qualibet legitima formula adhibita;

d.- die in Anno Fidei libere eligendo pro pia visitatione baptisterii vel alii loci, in quo Baptismatis sacramentum receperunt, dummodo vota baptismalia qualibet legitima formula renovaverint.

Singuli Episcopi Dioecesani seu Eparchiales, necnon ii qui iure ipsis aequiparantur, opportuniore eiusdem temporis die, occasione praecipuae celebrationis (ex. gr. die 24 Novembris 2013, in sollemnitatem D. N. Iesu Christi Universorum Regis, qua claudetur Annus Fidei) impertiri valebunt Benedictionem Papalem, cum adnexa *plenaria Indulgentia* a christifidelibus lucranda, qui eandem Benedictionem pia mente acceperint.

Christifideles vere paenitentes, qui sollemnibus celebrationibus interesse non poterunt ob graves causas (uti in primis Moniales omnes, quae in coenobiis degunt sub claustris perpetui disciplinae, Anachoretae et Eremitae, christifideles qui in carcere custodiuntur, senes, infirmi necnon christifideles qui, in nosocomiis aliisque curationis locis, aegrotantibus continua opera adsunt...) *plenariam* consequi valebunt *Indulgentiam*, eisdem condicionibus, si, spiritu et mente coniuncti cum fidelibus praesentibus, praesertim dum Summi Pontificis vel Dioecesani Episcopi Verba, instrumentis televisivis et radiophonicis propagabuntur, Orationem Dominicam, Symbolum Fidei et alias preces ad Anni Fidei fines, in propria domo seu ubi impedimentum eos detinet (ex. gr. in sacello monasterii, nosocomii, loci curationis, carceris...), oblatis doloribus suis vel incommodis propriae vitae.

Quo igitur accessus ad sacramentum Paenitentiae et ad divinam veniam per Ecclesiae claves consequendam facilius pro pastoralis usu evadat, Ordinarii locorum rogantur ut canonicis eisque sacerdotibus qui, in Cathedralibus Templis et in Ecclesiis pro Anno Fidei designatis, fidelium confessiones audire valebunt, facultates pro foro interno tantum concedant, de quibus pro fidelibus Ecclesiarum Orientalium in can. 728, § 2 *CCEO*, necnon ab iis, quae forte reservatae sunt vi can. 727 eiusdem Codicis, exclusis, ut patet, casibus consideratis in can. 728, §1; pro fidelibus autem Ecclesiae Latinae, prout habetur in can. 508, § 1 *CIC*.

Confessarii vero, paenitentibus monitis de gravitate peccatorum, quibus adnexa est reservatio vel censura, proportionatas sacramentales paenitentias determinent, tales nimirum quae ad stabilem morum emendationem maxime conducant, et, pro casuum natura, reparationem scandalorum et damnorum (si forte secuta sint) imponant.

Apostolica Paenitentiarum Exc. mos Episcopus, quibus spectat triplex munus docendi, regendi et sanctificandi, enixe rogat ut principia et praecepta hic pro eorundem fidelium sanctificatione indicata, explicare distincte curent, attentis praesertim locorum, culturae et traditionum adiunctis, quibus nimirum fit ut uni eidemque Ecclesiae dispensationi clarius et vividius menti exhibendae, cordique firmiter et profundius inserendae, melius inserviat peculiaris adhibita cuique genti catechesis.

Praesenti per Annum Fidei tantum valituro. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiarum Apostolicarum, die 14 mensis Septembris anno Domini 2012, in Exaltatione Sanctae Crucis.

Emmanuel S. R. E. Card. Monteiro de Castro
Paenitentiarum Maior

Christophorus Nykiel
Regens

[01283-07.01] [Testo originale: Latino]

● **TRADUZIONE IN LINGUA ITALIANA** *URBIS ET ORBIS* **E C R E T O** Si arricchiscono del dono di Sacre Indulgenze particolari esercizi di pietà, da svolgersi durante l'Anno della fede

Nel giorno del cinquantesimo anniversario dalla solenne apertura del Concilio Ecumenico Vaticano II, al quale il Beato Giovanni XXIII "assegnò come compito principale quello di meglio custodire e presentare il prezioso deposito della dottrina cristiana, per renderlo più accessibile ai fedeli di Cristo e a tutti gli uomini di buona volontà" (Giovanni Paolo II, Cost. Ap. *Fidei Depositum*, 11 ott. 1992: AAS 86 [1994] 113), il Sommo Pontefice Benedetto XVI ha stabilito l'inizio di un Anno particolarmente dedicato alla professione della vera fede e alla sua retta interpretazione, con la lettura, o meglio, la pia meditazione degli *Atti del Concilio* e degli Articoli del *Catechismo della Chiesa Cattolica*, pubblicato dal Beato Giovanni Paolo II, a trent'anni dall'inizio del Concilio, col preciso intento di "indurre i fedeli ad aderire meglio ad esso e di promuoverne la conoscenza e l'applicazione" (*ibid.*, 114).

Già nell'anno del Signore 1967, per fare memoria del diciannovesimo centenario del martirio degli Apostoli Pietro e Paolo, un simile *Anno della fede* fu indetto dal Servo di Dio Paolo VI, "per attestare in una solenne professione di Fede quanto i contenuti essenziali che da secoli costituiscono il patrimonio di tutti i credenti hanno bisogno di essere confermati, compresi e approfonditi in maniera sempre nuova al fine di dare testimonianza coerente in condizioni storiche diverse dal passato" (Benedetto XVI, Lett. Ap. *Porta Fidei*, n. 4).

In questo nostro tempo di profondissimi cambiamenti, ai quali l'umanità è sottoposta, il Santo Padre Benedetto XVI, con l'indizione di questo secondo *Anno della fede*, intende invitare il Popolo di Dio, del quale è Pastore universale, così come i fratelli Vescovi di tutto l'orbe "perché si uniscano al Successore di Pietro, nel tempo di grazia spirituale che il Signore ci offre, per fare memoria del dono prezioso della fede" (*ibid.*, n. 8).

Sarà data a tutti i fedeli "l'opportunità di confessare la fede nel Signore Risorto ... nelle Cattedrali e nelle chiese di tutto il mondo; nelle [loro] case e presso le [loro] famiglie, perché ognuno senta forte l'esigenza di conoscere meglio e di trasmettere alle generazioni future la fede di sempre. Le comunità religiose come quelle parrocchiali, e tutte le realtà ecclesiali antiche e nuove, troveranno il modo, in questo *Anno*, per rendere pubblica professione del *Credo*" (*ibid.*).

Inoltre, tutti i fedeli, singolarmente e comunitariamente, saranno chiamati a rendere aperta testimonianza della propria fede davanti agli altri nelle peculiari circostanze della vita quotidiana: "la stessa natura sociale dell'uomo esige che egli esprima esternamente gli atti di religione, comunichi con gli altri in materia religiosa, professi la propria religione in forma comunitaria" (Dich. *Dignitatis humanae*, 7 dic. 1965: AAS 58 [1966], 932).

Poiché si tratta anzitutto di sviluppare in sommo grado – per quanto è possibile su questa terra – la santità di vita e di ottenere, quindi, nel grado più alto la purezza dell'anima, sarà molto utile il grande dono delle Indulgenze, che la Chiesa, in virtù del potere conferitole da Cristo, offre a tutti coloro che con le dovute disposizioni adempiono le speciali prescrizioni per conseguirle. "Con l'Indulgenza - insegnava Paolo VI - la Chiesa, avvalendosi della sua potestà di ministra della Redenzione operata da Cristo Signore, comunica ai fedeli la partecipazione di questa pienezza di Cristo nella comunione dei Santi, fornendo loro in misura larghissima i mezzi per raggiungere la salvezza" (Lett. Ap. *Apostolorum Limina*, 23 mag. 1974: AAS 66 [1974] 289). Così si manifesta il "tesoro della Chiesa", del quale costituiscono "un accrescimento ulteriore anche i meriti della Beata Madre di Dio e di tutti gli eletti, dal primo giusto all'ultimo" (Clemente VI, Bolla *Unigenitus Dei Filius*, 27 gen. 1343).

La Penitenzieria Apostolica, che ha l'ufficio di regolare quanto concerne la concessione e l'uso delle Indulgenze, e di stimolare l'animo dei fedeli a rettamente concepire ed alimentare il pio desiderio di ottenerle, sollecitata dal Pontificio Consiglio per la Promozione della Nuova Evangelizzazione, in attenta considerazione della *Nota con indicazioni pastorali per l'Anno della fede* della Congregazione per la Dottrina della Fede, al fine di conseguire il

dono delle Indulgenze durante l'*Anno della fede*, ha stabilito le seguenti disposizioni, emesse in conformità alla mente dell'Augusto Pontefice, perché i fedeli siano maggiormente stimolati alla conoscenza ed all'amore della Dottrina della Chiesa Cattolica e ne ottengano più abbondanti frutti spirituali.

Durante tutto l'arco dell'*Anno della fede*, indetto dall'11 Ottobre 2012 fino all'intero 24 Novembre 2013, potranno acquisire l'*Indulgenza plenaria* della pena temporale per i propri peccati impartita per la misericordia di Dio, applicabile in suffragio alle anime dei fedeli defunti, tutti i singoli fedeli veramente pentiti, debitamente confessati, comunicati sacramentalmente, e che preghino secondo le intenzioni del Sommo Pontefice:

a.- ogniqualvolta parteciperanno ad almeno tre momenti di predicazioni durante le Sacre Missioni, oppure ad almeno tre lezioni sugli *Atti del Concilio Vaticano II* e sugli Articoli del *Catechismo della Chiesa Cattolica*, in qualsiasi chiesa o luogo idoneo;

b.- ogniqualvolta visiteranno in forma di pellegrinaggio una Basilica Papale, una catacomba cristiana, una Chiesa Cattedrale, un luogo sacro designato dall'Ordinario del luogo per l'*Anno della fede* (ad es. tra le Basiliche Minori ed i Santuari dedicati alla Beata Vergine Maria, ai Santi Apostoli ed ai Santi Patroni) e li parteciperanno a qualche sacra funzione o almeno si soffermeranno per un congruo tempo di raccoglimento con pie meditazioni, concludendo con la recita del Padre Nostro, la Professione di Fede in qualsiasi forma legittima, le invocazioni alla Beata Vergine Maria e, secondo il caso, ai Santi Apostoli o Patroni;

c.- ogniqualvolta, nei giorni determinati dall'Ordinario del luogo per l'*Anno della fede* (ad es. nelle solennità del Signore, della Beata Vergine Maria, nelle feste dei Santi Apostoli e Patroni, nella Cattedra di San Pietro), in qualunque luogo sacro parteciperanno ad una solenne celebrazione eucaristica o alla liturgia delle ore, aggiungendo la Professione di Fede in qualsiasi forma legittima;

d.- un giorno liberamente scelto, durante l'*Anno della fede*, per la pia visita del battistero o altro luogo, nel quale riceveranno il sacramento del Battesimo, se rinnoveranno le promesse battesimali in qualsiasi formula legittima.

I Vescovi Diocesani o Eparchiali, e coloro che nel diritto sono ad essi equiparati, nel giorno più opportuno di questo tempo, in occasione della principale celebrazione (ad es. il 24 Novembre 2013, nella solennità di Gesù Cristo Re dell'Universo, con la quale si chiuderà l'*Anno della fede*) potranno impartire la *Benedizione Papale* con l'*Indulgenza plenaria*, lucrabile da parte di tutti fedeli che riceveranno tale *Benedizione* devotamente.

I fedeli veramente pentiti, che non potranno partecipare alle solenni celebrazioni per gravi motivi (come anzitutto tutte le monache che vivono nei monasteri in clausura perpetua, gli anacoreti e gli eremiti, i carcerati, gli anziani, gli infermi, come pure coloro che, in ospedale o altri luoghi di cura, prestano servizio continuativo ai malati...), conseguiranno l'*Indulgenza plenaria*, alle medesime condizioni, se, uniti con lo spirito e con il pensiero ai fedeli presenti, particolarmente nei momenti in cui le Parole del Sommo Pontefice o dei Vescovi Diocesani verranno trasmesse per televisione e radio, reciteranno nella propria casa o là dove l'impedimento li trattiene (ad es. nella cappella del monastero, dell'ospedale, della casa di cura, del carcere...) il Padre Nostro, la Professione di Fede in qualsiasi forma legittima, e altre preghiere conformi alle finalità dell'*Anno della fede*, offrendo le loro sofferenze o i disagi della propria vita.

Affinché l'accesso al sacramento della Penitenza e al conseguimento del perdono divino attraverso il potere delle Chiavi, sia pastoralmente facilitato, gli Ordinari dei luoghi sono invitati a concedere ai canonici e ai sacerdoti che, nelle Cattedrali e nelle Chiese designate per l'*Anno della fede* potranno ascoltare le confessioni dei fedeli, le facoltà limitatamente al foro interno, di cui, per i fedeli delle Chiese orientali, al can. 728, § 2 del *CCEO*, e nel caso di un'eventuale riserva, quelle per il can. 727, esclusi, come è evidente, i casi considerati nel can. 728, § 1; per i fedeli della Chiesa latina, le facoltà di cui al can. 508, § 1 del *CIC*.

I confessori, dopo aver ammonito i fedeli sulla gravità di peccati ai quali sia annessa una riserva o una censura, determineranno appropriate penitenze sacramentali, tali da condurli il più possibile ad uno stabile ravvedimento e, a seconda della natura dei casi, da imporre loro la riparazione di eventuali scandali e danni.

La Penitenzieria infine invita caldamente gli Ecc.mi Vescovi, in quanto detentori del triplice *munus* di insegnare, di guidare e di santificare, ad aver cura nello spiegare chiaramente i principi e le disposizioni qui proposti per la santificazione dei fedeli, tenendo conto in modo particolare delle circostanze di luogo, di cultura e di tradizioni. Una catechesi adattata all'indole di ciascun popolo, potrà proporre più chiaramente e con maggiore vivacità all'intelligenza e radicare più fermamente e profondamente nei cuori il desiderio di questo dono unico, ottenuto in virtù della mediazione della Chiesa.

Il presente Decreto ha validità unicamente per l'*Anno della fede*. Nonostante qualunque disposizione contraria.

Dato in Roma, dalla Sede della Penitenzieria Apostolica, il 14 settembre 2012, nell'Esaltazione della Santa Croce.

Manuel Card. Monteiro de Castro
Penitenziere Maggiore

Mons. Krzysztof Nykiel
Reggente

[01283-01.01] [Testo originale: Latino]

BOLLETTINO DEL SINODO DEI VESCOVI - XIII ASSEMBLEA GENERALE ORDINARIA (7 - 28 OTTOBRE 2012)

Inizia oggi le sue pubblicazioni il Bollettino della Commissione per l'informazione della XIII Assemblea Generale Ordinaria del Sinodo dei Vescovi, che si svolge in Vaticano dal 7 al 28 ottobre 2012 sul tema "*La nuova evangelizzazione per la trasmissione della fede cristiana*". Il Bollettino, dal titolo *Synodus Episcoporum*, è redatto in sei edizioni linguistiche: **plurilingue, italiano, inglese, francese, spagnolo e tedesco**. L'edizione plurilingue riporta i riassunti degli interventi dei Padri sinodali, scritti dagli stessi Padri sinodali e nella lingua in cui vengono da loro consegnati per la pubblicazione. Le altre cinque edizioni riportano la traduzione rispettivamente in italiano, inglese, francese, spagnolo e tedesco.

Nel **Bollettino N. 01** è riportato l'**elenco completo e aggiornato di tutti i Padri Sinodali** e dei partecipanti ad altro titolo alla XIII Assemblea Generale Ordinaria.

Il **Bollettino N. 02** pubblica: il **testo del briefing** che il Segretario Generale, S.E. Mons. Nikola Eterović, ha tenuto questa mattina in Sala Stampa; il **calendario dei lavori sinodali**; alcune informazioni sinodali generali; una scheda descrittiva della Cappella del Sinodo; il testo della "Preghiera per il felice esito del Sinodo"; vari avvisi per i giornalisti accreditati.

Tutti i numeri del Bollettino del Sinodo, nelle sei edizioni linguistiche, saranno a disposizione in Sala Stampa per i giornalisti accreditati e potranno essere altresì consultati sul sito Internet www.vatican.va della Santa Sede, nella sezione della Sala Stampa riservata al Sinodo.

[01282-01.01]

AVVISO DI CONFERENZA STAMPA

Si informano i giornalisti accreditati che **lunedì 8 ottobre 2012**, alle **ore 12.45**, nell'*Aula Giovanni Paolo II* della Sala Stampa della Santa Sede, avrà luogo la Conferenza Stampa di **presentazione della "Relazione prima della discussione" (*Relatio ante disceptationem*) della XIII Assemblea Generale Ordinaria del Sinodo dei Vescovi (7-28 ottobre 2012) sul tema "La nuova evangelizzazione per la trasmissione della fede cristiana".**

Interverranno:

Em.mo Card. Donald William Wuerl, Arcivescovo di Washington (USA), Relatore Generale;

S.E. Mons. Claudio Maria Celli, Arcivescovo titolare di Civitanova, Presidente del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali (Città del Vaticano), Presidente della Commissione per l'Informazione.

(Sarà disponibile il servizio di traduzione simultanea in lingua italiana, inglese e francese).

[01276-01.01]

AVVISO DI BRIEFING

Si informano i giornalisti accreditati che **martedì 9 ottobre 2012**, alle **ore 11.00**, nell'*Aula Giovanni Paolo II* della Sala Stampa della Santa Sede, **S.E. Mons. Rino Fisichella**, **Presidente del Pontificio Consiglio per la nuova evangelizzazione**, terrà un briefing per illustrare la **celebrazione di apertura dell'Anno della fede, presieduta dal Santo Padre** (giovedì 11 ottobre 2012, ore 10, Piazza San Pietro).

[01284-01.01]

[B0564-XX.02]
